(26)

Propositiones, quibus in p.ª Quæst.ne de efficacia diuinæ gratiæ PP. Prædicatores à nr̃a sententia discrepare putamus.

P.ª efficacia auxilij præuenientis consistit in qualitatē, seu motionē, quæ physicè prædeterminat uoluntatem ad consensū.

2.ª Hæc motio, seu qualitas talis est naturæ, ut cum eius entitatē liberę uoluntatis dissensus coniungi non possit.

3.ª Præter uitales excitationes, et inspirationes, quibus Deus intellectū illuminat, ac uoluntatem inclinando, et persuadendo mouet, quę ad uocat.em reuocantur, necess.ª est alia motio physica, et non uitalis, quę à solo Deo fit, et distincta est à gr̃a comitante, in qua posita per se est efficacia diuini auxilij, non uero per se in Dei uocat.e, et uitalibus illis excitationibus, quæ ad eam reuocantur.

4.ª Hęc physica motio, ac prędeterminatio necess.ª est, tum propter indiffer.am liberi hominis arbitrij, tum propter subordinationem causæ 2.æ quę operari non potest, nisi sit efficaciter à p.ª determinata.

5.ª Eadem motio physicè prędeterminans, est ultimū actus primi complementū ad usum grę sufficientis prorsus necessariū, quod tamen Deus ante omnem operū præuisionem omnibus illis uoluit denegare, quibus illud reipsa non confert. /

Has proposit.es P.es Prędicatores affirmare existimamus, nos uero non esse affirmandas putamus,

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria